UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1838

XI. Markgraf Ludwig verleiht inen halben Winspel Pachtroggen aus der alten Mühle bei Kyritz, i. J. 1337.

urn:nbn:de:hbz:466:1-54294

Visual Library

XI. Markgraf Ludwig verleiht einen halben Winſpel Pachtroggen aus der alten Mühle bei Kyritz, i. J. 1337.

Nouerint etc., quod nos Ludovicus etc., ad reſignacionem liberam, renunciationem voluntariam, per dilectum noſtrum Tylonem dictum Schutte factas, contulimus & preſentibus conferimus diſcreto viro bortekino, ciuitatis noſtre kiritz ciui, ſuisque veris legittimis heredibus alterum medium chorum ſiliginis annue penſionis et decimacionis in antiquo molendino, ante portam ciuitatis predicte ſito, ſub omnibus modis, iuribus et conditionibus, quibuſ idem Tylo dictam tenuit & poſſedit penſionem, perpetue quiete & pacifice poſſidendam. In cuius etc. Teſtes ſunt nycolaus de quitzou, fridericus de Mure cum ceteris. Datum in antiquo Repin, jn craſtino galli, anno domini M° CCC° XXXVII°

Nach dem Leipziger Copialbuch der Vogtei Havelberg, Bl. 11. Nr. XXIV.

XII. Markgraf Ludwig beleihet einige Bürger zu Kyritz mit Hebungsrechten im Dorfe Schönermark, i. J. 1338.

Nouerint etc., quod nos Ludovicus etc., contulimus et preſentibus conferimus discretis viris, heinoni dicto vorlorenguet & Johanni de Rynſperg, ciuitatis noſtre kiritz ciuibus, ipsorumque veris & legittimis heredibus, duo fruſta annuorum redditum denariorum brandenburg. in villa ſchonermark ſita, que quidem fruſta a diſcreto viro buſſone, dicto wadeſchinkel, debito precio comparauit, eo iure, quo dictus buſſo a nobis tenuit & poſſedit, ſine inpedimento quolibet tenenda, perpetuisque temporibus quiete & pacifice poſſidenda. In cuius etc. Teſtes hufener, yo kungeſmark, milites, nycolaus et cuneke de quitzowe cum ceteris. Actum kiritz, datum vero berlin, anno dom. M° CCC° XXX VIII°. in die omnium animarum.

Nach dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Havelberg, Bl. 12 a. Nr. XXVI.

XIII. Markgraf Ludwig verleiht einigen Bürgern zu Kyritz Hebungen aus dem Dorfe Drewen, i. J. 1338.

Nouerint etc., quod nos Ludovicus, dei gracia etc., contulimus et preſentibus conferimus dilectis noſtris fidelibus Tydekino & henrico fratribus ipſorumque heredibus, filiis quondam henrici otmar bone recordacionis, ciuitatis noſtre kyritz ciuis, ad manum conjunctam, XV librarum redditus annue penſionis in villa Drewen ſitos ſub forma, condicione et jure, quibus idem henricus dictos redditus tenuit & poſſedit, perpetuis temporibus ſine inquietatione qualibet quiete & pacifice poſſidendos, Volentes Tydekinum et henricum fratres predictos circa preſentis collacionis noſtre graciam ipſis factam et redditus annuos ipſis collatos vt premittitur pro ipſorum iuribus defenſare. Pro qua quidem collacione iidem fratres nobis XVI marcas argenti brandenburgenſis ponderis erogarunt, quas in nostra conuertimus commoda, et nostros vſus procurauimus cum eisdem. In cujus etc. Teſtes Johannes buch, Johannes hufener, — —, heylo, bombrecht pincerna cum ceteris. Datum berlin, anno domini M° CCC° XXXVIII° in vigilia Elizabet.

Nach dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Havelberg, Bl. 12 a u. b. Nr. XXVII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN